



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

373. Item de die dominico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

ctualia, vel angaria, & si fortè necesse sit, corpus cujuslibet duci ad sepulcrum.

Item de die dominico. *Ex eodem Concilio.*

CCCLXXIII. Feminæ opera textilia non faciant in die dominica, non capulent vestitus, non consuunt, vel lanam carpant. Non licet linum battere, aut in publico vestimenta lavare, nec verveces tondere, ut omnimodis honor & requies die dominica persolvatur. Sed ad Missarum sollemnia undique conveniant, & laudent Deum pro omnibus bonis quæ nobis in illa die conferre dignatus est.

Lib. 1. Capitular. c. 81.
Burchard lib. 2. c. 84.

In vulgatis Capitularium editionibus, & in codice regio ex quo prima Parisiensis editio prodit, legitur: Item fem. op. text. non faciant, nec capulent vestitus, nec consuunt, vel acupictile faciant; nec lanam carpere &c. Codex Colbertinus: vel acupicule faciant. Rivipullensis: acupicula faciant. Noſter: nec aucupiculæ fiant. Pro eo autem quod heic legitur nec verveces tondere, editiones Capitularium habent berbices. Et tamen omnes libri MSS. habent verveces aut vervices, etiam ille ex quo prima editio Parisiensis adornata est.

Ut mercatus in die dominico non sit.

Ex Concilio

CCCLXXIV. Omnes dies dominicos cum omni veneratione observare decrevimus & ab illicito opere abstinere, & ut mercatus in eis minimè fiat, nec placitum ubi aliquis ad mortem vel ad pœnam judicetur, nec sacra-

Concil. Mogunt. an. 813. c. 37.
Lib. 5. Capitular. c. 88.
Burchard lib. 2. c. 81. & 85.